UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bavariae Sanctae Volvmen ...

**Rader, Matthäus**

**Monachii, M.DC.XXIV.**

S. Lvllvs Abbas Primvs Ilmomasteriensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-79699

Visual Library

# S. LVLLVS

## ABBAS PRIMVS ILMONASTERIENSIS.

BEatus Lullus presbyter cum S. Virgilio Episcopo Salisburgensi venit in Boicam, & ad Ilmum amnem, sacrum sacris viris domicilium posuit, quod postea bona pontificis venia Monachium cum S. Arsacio est translatum, vbi hodie florentissimum Canonicorum est collegium, quibus illustriss. & reuerendiss. Dn. Franciscus Guilielmus Comes VVartenbergicus Serenissimi Ferdinandi Boiorum Principis Filius cum Reuerendo & Clarissimo Domino Iacobo Golla Decano est Præpositus. De B. Lullo hæc Thadæus Cœnobiarcha Reginoburgicus: *Cæterùm, eorum socius videlicet beatus Lullus apud Illmunster gloriosis operibus intrepidus permansit.* Nec de hoc plura cognoui.

*Sub anno Christi. IↃCC. XXX.*
*Henricus Canisius tom. 4. ant. lect. p. 474.*
*Ex Thadæo Abbate Scotorum Ratisp.*
*Fragm. chronicon de SS. Kiliano Virgilio, Lullo.*
*Ioannes Neuhauser primus Præpositus Monaci 1495.*